AUTHOR:

[VAHLEN, JOHANN]

TITLE:

[DE SOCRATIS IN PLATO-
NIS PHILEBO SERMONE]

PLACE:

BEROLINI

DATE:

[1879]

Master Negative #

93-81600-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB   NYCG93-B4852         Acquisitions     NYCG-BT
Record 1 of 0 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG93-B4852            RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:     AD:06-03-93
  CC:9668  BLT:am     DCF:?   CSC:?    MOD:    SNR:      ATC:       UD:06-03-93
  CP:gw      L:lat    INT:?   GPC:?    BIO:?   FIC:?     CON:???
  PC:s       PD:1879/         REP:?    CPI:?   FSI:?     ILC:????   II:?
  MMD:       OR:    POL:    DM:     RR:        COL:      EML:      GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 1    [Vahlen, Johann].
  245 10   [De Socratis in Platonis Philebo sermone‡h[microform].
  260      Berolini,‡bFormis academicis,‡c[1879].
  300      40 p.
  LDG      ORIG
  QD       06-03-93
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 12½x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 7-15-93 INITIALS SS

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Contents.

No. 1

INDEX LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A D. XXI. M. APRILIS VSQVE AD D. XV. M. AVGVSTI A. MDCCCLXXIX

HABEBVNTVR.

J. Vahlen, De Socratis in Platonis Philebo sermone

BEROLINI

FORMIS ACADEMICIS

(G. VOGT).

79

VNIVERSITATIS LITTERARIAE
FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

Nobilissimus locus est Platonis in Philebo, cum decurso iam paene disputationis stadio summam faciens Socrates, quae his sermonibus cum Protarcho habitis effecisse sibi videtur, per capita quaedam complectitur. Ibi igitur haec dicit p. 66*a*

> Πάντῃ δὴ φήσεις, ὦ Πρώταρχε, ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, ὡς ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον οὐδ᾽ αὖ δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μέν πῃ περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάντα ὁπόσα χρὴ τοιαῦτα νομίζειν τὴν ἀίδιον ᾑρῆσθαι φύσιν.

Quibus quae porro de bonorum gradibus a se constitutis adiecit omittimus: neque enim hanc philosophae rationis partem attingere conamur egregie praesertim ab ingeniosis hominibus explanatam; sed angustum illum nostrum multisque contemptum grammaticae artis tramitem insistentes id agimus ut orationem illam primam parum doctis perspectam et nonnullis vitii suspectam declaremus si possumus et vindicemus. Ac duo sunt in illis quae morari attente legentem possint: primum enim quod Socrates illa Protarchum ait posse ubicumque tam per nuntios quam ad praesentes verba facientem affirmare, non inepte videmur, etsi interpretes tacent, quaerere, quosnam ille nuntios et ad quos tandem mittere iubeatur. Nempe non hoc voluit Socrates, utramque viam inire Protarchum, sed cum hi duo modi sint inter se contrarii, quibus quid communicare cum aliis possis, his copulatis id indicat, haec adeo esse vera ut quocumque modo et apud quosviscumque asseverare fidenter liceat. Ea enim vis est copulatorum contrariorum, non ut utrumque per se spectetur sed ut coniunctis duobus una efficiatur sententia universa.

Ἴτ' ἴτ' ὀπάονες
οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν
ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον

ait Sophocles in Antigona v. 1108;

μέλλων γὰρ ἀεὶ δρᾶν τι τὰς οὔσας τέ μου
καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν

idem in Electra v. 305;

ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ,
ὃς οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται

Euripides in Bacchabus v. 801. His usus est Hauptius (Opp. 1, 264) ut Antigonae versus 40

τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον

scripturam et sententiam stabiliret sermonisque morem latius patentem, quem olim Lobeckius attigerat in Phrynicho p. 754, selectis quibusdam exemplis illustraret. Possumus addere alia ex Platone, velut ad eandem rationem revocari recte videbitur hoc, quo nihil est in his dialogis frequentius, *ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν* (in Timaeo 27*c*); *μηδὲν δεῖν μήτε μέγα μήτε σμικρὸν χαίρειν* (in Philebo 33*b*): persentimus enim distributione facta partibusque contrariis coagmentatis expressius illud omne aut nihil significari*). Sed praecipue ex huius natura orationis lucem afferri opinamur verbis quae in Sophista leguntur p. 237*a*

> Τετόλμηκεν ὁ λόγος οὗτος ὑποθέσθαι τὸ μὴ ὂν εἶναι· ψεῦδος γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως ἐγίγνετο ὄν. Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας, ὦ παῖ, παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο, πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων καὶ μετὰ μέτρων·
>
> οὐ γὰρ μή ποτε τοῦτο δαμῇ**), φησιν, εἶναι μὴ ἐόντα,
> ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα.

Nam Suidae quidem testimonio, Parmenidem nonnulla *καταλογάδην* scripsisse teste scilicet Platone narrantis, cum ceteroquin antiquitas nisi carminibus eum nihil compo-

---

*) Ne Romanis quidem hoc alienum, ponemusque exemplum, unum de multis, Ennii versus de Scipione

Hic est ille situs cui nemo civi' neque hostis
Quibit pro factis reddere opis pretium,

quibus ecquid dubitamus cur civi hostem addi voluerit poëta?

**) Hanc vocem probabili coniectura recuperavit H. Steinius in Symbola phil. Bonn. p. 785; qui quo modo verba Platonis exponit ad Bonitzii mentem propius accedente nobis minus satis facit.

suisse consentiat, nihil esse tribuendum apparet, et is error natus est manifesto hoc ipso Sophistae loco ab Suida aut ab eo quem sequitur auctorem perperam intellecto. Sed Bonitzius illa in Curis Platonicis (p. 149) ita interpretatus est, ut Parmenides non scriptis modo carminibus sed etiam per sermonum et colloquiorum occasionem numquam non oblatam suam sententiam exprompsisse diceretur. Dubitamus viro egregio assentiri: nam nec *πεζῇ* videtur, iuxta *μέτρα* positum, facile alia quam vi sua propria accipi posse, et *ἑκάστοτε* minus apte ad unum *πεζῇ* quam ad utramque partem orationis referri. Itaque sic statuimus, etiamsi colorem oratio inde duxerit quod et carminibus usus est Parmenides et nunc ipsum duo eius versiculi apponuntur, tamen quoniam sensum efferre nemo nisi aut sermone pedestri aut versibus possit, haec duo *πεζῇ τε καὶ μετὰ μέτρων* eo consilio copulari, ut Parmenides quocumque genere hoc suum cantavisse dogma praedicetur: cum praesertim ne illa quidem *ἀρχόμενός τε καὶ διὰ τέλους* alio videantur valere quam ut per contraria tempus omne denotetur. Et sic certe, id quod agit Plato, Parmenidis fiducia idem omni modo et omni tempore praecipientis praeclare et oratione concinne structa ostenditur. Sequimur in his M. Schanzii explicationem, in Specim. crit. p. 23 propositam, cui qui repugnavit Bonitzius comparato Philebi loco fortasse dabit nonnihil praesidii et adminiculi accedere, si quidem probabile est, cum nuntii et verba coram facta non dissimile par contrariorum efficiant quam metra et sermo pedestris, similem esse utriusque paris vim et sententiam.

Sed alterum in Philebi verbis quod observatione non indignum esse praediximus, *πέμπων* est participium, quod adeo nihili esse novissimus Philebi editor sibi persuasit Badhamus, ut haud cunctanter uncos voci nequam adderet. Et hoc quidem leve est in hoc critico, qui cum olim tum rursus nuper hunc dialogum sua opera recognitum edidit sic ut nonnullis coniecturis plane egregiis summaque laude dignis verba Platonis emendaret, multo saepius spongia illa deletili quae philologis multis hodie in deliciis est abusus necessaria et aperta nullique dubitationi obnoxia auferret*). Itaque sane pusilla res est quod is *πέμπων*

---

*) Non potest hoc iudicium confirmari paucis; tamen ne iniquius existimasse insimulemur, in adnotatione ponemus unum et item alterum exempli causa. P. 11*b* *τὸ δὲ παρ' ἡμῶν ἀμφισβήτημ' ἐστὶ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ μεμνῆσθαι καὶ τὰ τούτων αὖ ξυγγενῆ, δόξαν τ' ὀρθὴν καὶ ἀληθεῖς λογισμούς, [τῆς γ' ἡδονῆς] ἀμείνω καὶ λῴω γίγνεσθαι ξύμπασιν* et p. 19*d* *φῂς δ' ὡς ἔοικε σὺ τὸ προσρηθησόμενον ὀρθῶς [ἄμεινον ἡδονῆς γ'] ἀγαθὸν εἶναι νοῦν, ἐπιστήμην, σύνεσιν κτλ.*. Utrobique Badhamus delet uncinata verba, quae inter se quam accurate conspirent apparet. Quis igitur, qui quid hoc dialogo agatur cognitum habet, non admirabitur hanc *ἀθέτησιν*, qua ipsi summae sententiae gravissimum vulnus infligitur: hoc est enim Socratis consilium, ut *νοῦν* et quae cum eo cognata sunt voluptate

participium delet, quo dempto non iam corruit sententia, quamquam qui multo usu paullo interiorem cum Platonis sermone familiaritatem contraxerit, non ita patienter feret hanc scitam orationis aequabilitatem ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων sublata voce turbari. Sed idem πέμπων olim prudentiori critico offensioni fuit Heindorfio, qui non haec quae libri habent sed adhibita tmesi ὑπό τε ἄγγελον πέμπων scripsisse Platonem suspicatus est. At ut tmesim taceamus, cuius quae Platonis oratio habet exempla aut dubia sunt aut diversa (vide interpretes ad Phaedr. 237*a* et Gorg. 520*e*), in hac sententia valde mirere Platonem ὑποπέμπειν quam verbum simplex aut ἄγγελον singulari numero maluisse, et quod gravissimum est, ὑπὸ ἀγγέλων quominus attemptemus coniectando prohibemur certissimo usu quo Graeci ὑπὸ ἀγγέλων (κηρύκων) προαγορεύειν, ἀπειπεῖν, ἀγγέλλειν, similia, dicere solebant. Hoc argumento qui Heindorfii coniecturam verissime redarguit Stallbaumius ipse ut vulgata verba firmaret mirificam interpretandi rationem iniit: cum enim πέμπειν dicat esse 'nuntiari iubere (*sagen lassen*)', scilicet ut ὑπ' ἀγγέλων πέμπων verba iungantur, in eamque rem Euripidis versum afferat de Iphigenia Aulidensi 360

καὶ πέμπεις ἑκών,
οὐ βίᾳ, μὴ τοῦτο λέξῃς, σῇ δάμαρτι, παῖδα σὴν
δεῦρ' ἀποστέλλειν

et ex Aeschyli fabula Thebana v. 416

τοιῷδε φῶτι πέμπε τίς ξυστήσεται,

---

quidem meliora esse comprobet, quamquam ipsa ab alio vincantur; et hoc p. 11*c* aperte dicit, τί δ' ἂν ἄλλη τις κρείττων τούτων φανῇ κτλ., et eodem saepe per totum dialogum recurrit: cf. p. 23*d*. Omittimus alia in his quae Badhamus cavillatur non sane prudentius. Sed p. 21*b* Νοῦν δέ γε [καὶ μνήμην καὶ ἐπιστήμην καὶ δόξαν] μὴ κεκτημένον [ἀληθῆ], πρῶτον μὲν τοῦτ' αὐτό, εἰ ἦ χαίρεις ἢ μὴ χαίρεις, ἀνάγκη δή πού σε ἀγνοεῖν, κενόν γ' ὄντα πάσης φρονήσεως. ΠΡ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Καὶ μὴν ὡσαύτως μνήμην μὴ κεκτημένον ἀνάγκη δή πού σε μήθ' ὅτι ποτὲ ἔχαιρες μεμνῆσθαι κτλ., rursus obelo abusus ex aptissima oratione effecit insulsam. Quam enim vim habere dicemus in hac mutilata sententia πρῶτον μέν? An non hoc planissime ostendit, Socratem primum omnia complexum esse ut ex singulis quid colligeretur singulatim edoceret. Neque obstat sed Platone plane dignum est, quod deinde a coepta oratione deflectens alteram condicionem repetit et ea posita quid consequatur declarat, et sic deinceps. — Libentius et ut invidia absit speciminis loco nonnulla breviter significamus quae nobis quidem vere esse a Badhamo emendata visa sunt: p. 23*d* γελοῖός τις ἄνθρωπος; p. 53*e* τὸ τρίτον ἔτ' ἐρῶ; p. 54*b* τοιόνδε τι; λέγ', ὦ Πρώταρχε, μοί κτλ.; p. 58*c* ὑπερέχειν et κρατεῖν δ' ἣ εἶπον ἐγώ; p. 60*b* δ' ἓν μὲν οὔ φησι; p. 66*c* ἐπιστήμαις, τὰς δ' αἰσθ. His adde lepide explicatum lusum p. 58*b* τὰ ὅπλα. Haec praeclara sunt et ingenii praeclari possuntque ostendere quantum salutis huius critici sagacitas afferre Platoni posset, nisi illa pestifera persuasione, qua cum multis credit Platonis orationem usquequaque interpretamentis et additamentis obrutam esse et oppressam, totiens in devia abriperetur.

incredibilia comminiscitur confundens quae diversa sunt. Nam in Aeschyli versu si verum est πέμπε, de quo cum alii tum ipse Fr. Ritschelius (Opp. 1, 311) dubitarunt, orationi accommodari nisi hoc modo

τοιῷδε φῶτι, πέμπε, τίς ξυστήσεται;

non potest neque vero vim habere aliam quam propriam quaque iterum legitur v. 451 καὶ τῷδε φῶτι πέμπε τὸν φερέγγυον. Euripides autem quod scribit, vulgaris loquendi modus est et multis exemplis conspicuus, quo per compendium quoddam orationis πέμπειν dicunt πέμπειν ἀγγέλλοντα sive κελεύοντα, non secus ac latine *mittere*, sed ut nec hoc nec illud verbum suam significationem primitivam exuat. Itaque vel in Philebo omissis verbis ὑπό τε ἀγγέλων recte scribi poterat πάντῃ φήσεις πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, ut si hoc uti volueris, certe non ineptius illa quam cum Badhamo πέμπων expunxeris. Sed ὑπ' ἀγγέλων πέμπειν posse esse quod Stallbaumius credidit 'per nuntios nuntiare', id quidem nemini paullum modo graece scienti persuadebitur. Quid ergo est? Nimirum in re aperta alucinantur docti; nam omnino dubitari non debet, quin ὑπ' ἀγγέλων cum φήσεις coniungi oporteat ex ea dicendi consuetudine quam modo tetigimus, πέμπων autem participium quodam liberiore modo interpositum sit ut ex ἀγγέλων audiatur αὐτούς.

Non novum hoc expediendae difficultatis causa fingimus dicendi genus, quo notum est Aristophanem uti, in Avibus v. 1004 cum dicat

ὀρθῷ μετρήσω κανόνι προστιθείς,

et in Ranis v. 903 de Aeschylo loquens

τὸν δ' ἀνασπῶντ' αὐτοπρέμνοις
τοῖς λόγοισιν
ἐμπεσόντα συσκεδᾶν πολ-
λὰς ἀλινδήθρας ἐπῶν.

et Sophoclem cum alibi tum in Electra v. 47

ἄγγελλε δ' ὅρκῳ προστιθείς.

nam non recte faciunt nostra quidem sententia qui huic Laurentiani libri scripturae ceterorum si tanti est assensu non destitutae praeferunt coniecturam Reiskii ἄγγελλε δ' ὅρκον προστιθείς. Possisque huius orationis radices usque a communi fonte cultioris graecitatis repetere Homero. Sed de Platone loquimur, qui quae habet eiusdem generis exempla alia similes criticorum cavillationes non effugerunt. Cum enim in eodem Philebo p. 49*a* scripserit (putamus enim scripsisse)

Τῶν ἀρετῶν δ' ἆρ' οὐ σοφίας πέρι τὸ πλῆθος πάντως ἀντεχόμενον μεστὸν ἐρίδων καὶ δοξοσοφίας ἐστὶ ψευδοῦς;

Badhamus quidem (nam Stallbaumius recte iudicat) hanc scabritiem ferendam esse negat et iubet aut pro ἀντεχόμενον reponi velut ἀντίτεχνον ὄν, quod ut μεστὸν cum περὶ σοφίας verbis coeat aut, quod in repetito libello secutus est, περὶ praepositio-

nem induci ut ab *ἀντεχόμενον* aptum sit *σοφίας*. Et poterat idem, si tantum constantiae tribuere vellet, ipsum quo hae turbae excitantur participium *ἀντεχόμενον* non minore certe iure quam illo altero loco *πέμπων* obelo notare. Nos vero nodum in scirpo quaerere criticum opinamur; cui licet largiare utroque modo quem proposuit potuisse graece dici, tamen cavendum est ne nostro potius quam suo arbitrio loqui Platonem cogamus, quem, si quid aliud, manifestum est, quemadmodum illic non *φήσεις ἀγγέλους πέμπων* sed *φήσεις ὑπ' ἀγγέλων πέμπων* (*αὐτούς*), sic nunc non *σοφίας ἀντεχόμενον* sed *περὶ σοφίας ἀντεχόμενον* (*αὐτῆς*) *τὸ πλῆθος μεστὸν ἐρίδων* maluisse scribere oratione non quaesita sed ex sermonis ingenio ultro subnascente. Et videmus ad eundem modum orationem formari de republica tertio p. 397 *c*

> *Ἆρ' οὖν πάντες οἱ ποιηταὶ καὶ οἵ τι λέγοντες ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτων ἐπιτυγχάνουσι τύπῳ τῆς λέξεως ἢ τῷ ἑτέρῳ ἢ ἐξ ἀμφοτέρων τινὶ ξυγκεραννύντες;*

Apparet enim nec cum *τινί* coniungi *ξυγκεραννύντες* posse et si quis ut suus participio casus esset *ἐξ ἀμφοτέρων τινὰ ξυγκεραννύντες* refingi vellet, luxatam iri enuntiati structuram quae dativum abesse non sinit. Itaque non litigabimus cum Platone, quod non id quod nostrum quivis praeoptavisset, *ἐξ ἀμφοτέρων τινὶ ξυγκεκραμένῳ*, sed *ἐπιτυγχάνουσι ἐξ ἀμφοτέρων τινὶ ξυγκεραννύντες* posuit ad participium ut cogitatione adderetur pronomen *αὐτόν*.

Haec praemisimus ut si fieri posset Phaedonis loco multis modis vexato eodem adhibito dicendi genere tandem opem et securitatem afferremus. Sunt autem verba haec p. 82 *d*

> *Τοιγάρτοι τούτοις μὲν ἅπασιν, ὦ Κέβης, ἐκεῖνοι οἷς τι μέλει τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀλλὰ μὴ σώματι πλάττοντες ζῶσι χαίρειν εἰπόντες οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται αὐτοῖς ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται.*

Sic enim leguntur in libris, nisi quod in uno aut altero eorum et apud Iamblichum verba Platonis in protrepticis c. 13 referentem *σώματα* scriptum est pro *σώματι*. Sed hoc sive errore natum seu consulto effectum ut *πλάττοντες* suum haberet accusativum, quoniam plurali numero nominis parum favet id quod proxime praecedit *ψυχῆς*, non immerito repudiaverunt critici, qui ut labanti quam putabant orationi subvenirent varia temptarunt luxuriantes ut assolet in divinando. Itaque Fischerus — placet enim has copias opinionum exponere — *σῶμά τι πλάττοντες* coniécit, *σώματι πράττοντες* Astius, *σώματι λατρεύοντες* Heindorfius, Stallbaumius *σῶμα ἀτιτάλλοντες*, denique Madvigius *σώματι πελατεύοντες*, et qui novissime Phaedonem edidit Schanzius re desperata, ut tamen haberet lector quod intelligi posset, Heindorfii commentum in textu posuit sed cruce critica notatum. Et hoc certe, ne recognoscamus omnia, commendabilius est ceteris, quantumvis longe a librorum scriptura recedat. Nam *ἀτιτάλλειν* Stallbaumii usum verbi perspicienti absonum videbitur, *πελατεύειν* autem verbum non extat hodie neque per *πελάτου* nominis significationem apte ad hunc sensum quem ipse exprimi voluit Madvigius effinxit. Sed quod hi tres viri uno ore *πλάττειν* de his qui corpori dediti vivunt recte dici negant, requiri serviendi, blandiendi vocabulum affirmant, nos contra sentimus et propter alteram partem sententiae *οἷς τι μέλει τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς* curam magis corporis impense habitam significari expectamus; quo fere modo Plato in hoc dialogo *θεραπείαν* corporis dicit et *θεραπεύειν*, p. 64 *d* *τὰς ἄλλας τὰς περὶ τὸ σῶμα θεραπείας δοκεῖ σοι ἐντίμους ἡγεῖσθαι ὁ τοιοῦτος, οἷον ἱματίων διαφερόντων κτήσεις καὶ ὑποδημάτων καὶ τοὺς ἄλλους καλλωπισμοὺς τοὺς περὶ τὸ σῶμα πότερον τιμᾶν δοκεῖ σοι ἢ ἀτιμάζειν;* p. 66 *d* *τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα δουλεύοντες τῇ τούτου θεραπείᾳ;* p. 81 *b* *ἐὰν δέ γε οἶμαι μεμιασμένη καὶ ἀκάθαρτος τοῦ σώματος ἀπαλλάτηται, ἅτε τῷ σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα καὶ τοῦτο θεραπεύουσα;* neque illa quae scribit p. 114 *e* negligenda sunt *θαρρεῖν χρὴ περὶ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἄνδρα, ὅστις ἐν τῷ βίῳ τὰς μὲν ἄλλας ἡδονὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα καὶ τοὺς κόσμους εἴασε χαίρειν .. τὰς δὲ περὶ τὸ μανθάνειν ἐσπούδασέ τε καὶ κοσμήσας τὴν ψυχὴν οὐκ ἀλλοτρίῳ ἀλλὰ τῷ αὐτῆς κόσμῳ.* Huic vero sensui quem dicimus etiam *πλάττειν* verbum, cuius ipsa vis est *κηροῦ εὐπλαστοτέρα*, satis facere potuisse, non sane Timaeus (42 *d* *τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά*) documento est, sed *Πολιτεία* 2, 377 *c* *τοὺς ἐγκριθέντας* (*μύθους*) *πείσομεν τὰς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισὶ καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσίν*, sed ab Heindorfio citatus Plutarchus in Coriolano c. 32, 7 *τίς ἂν ἄλλος εἴη τρόπος ᾧ βοηθοῦσιν ἀνθρώποις καὶ συνεργοῦσιν* (*οἱ θεοί*); *οὐ τὸ σῶμα δήπου πλάττοντες ἡμῶν οὐδὲ τὰς χεῖρας ὡς δεῖ μετατιθέντες αὐτοὶ καὶ τοὺς πόδας ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὸ πρακτικὸν .. ἐγείροντες.* At illi etsi hanc rationem praetexunt, maxime haeserunt in dativo *σώματι* qui cum *πλάττοντες* coire nimirum non potest; idque Madvigius quidem et Stallbaumius ipso quo usi sunt coniecturarum genere patefecerunt, Heindorfius aperte professus est cum diceret, *πλάττοντες* si tamen verum esset et singulari quodam significatu positum, necessario *σῶμα* esse pro *σώματι* restituendum; idemque tam codicum iste librarius quam Fischerus corrigendo ille *σώματα* hic *σῶμά τι πλάττοντες* assequi studuerunt. Sed hoc omne studium corrigendi irritum esse et vanum continuo apparet, ubi non haec verba *σώματι πλάττοντες* sed *σώματι ζῶσι* copulari voluisse Platonem tibi persuaseris, ut *πλάττοντες* per se positum ex sententia suum nancisceretur accusativum. Quid enim haec oratio distat aut ab eo unde profecti sumus Philebi loco aut a *Πολιτείας* verbis quae proxime disceptavimus? At vero *σώματι ζῆν* sine exemplo dici videtur: nam quod unicum ex oratione Demostheni falso adscripta afferri videmus *Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι*, ei videlicet non multum tribuimus. Eamne igitur ob causam haec abiudicare Platoni in sententia plana et apta et dativi Graeci natura minime obstrepente? Et ne eo quidem moveri quod non sic

nude *σώματι ζῶσι* sed vim verborum quasi digito monstrans *σώματι πλάττοντες ζῶσι* scripsit?

Non confidimus haec nos probaturos omnibus: adeo infenso animo hoc genus participiorum ex graecitate si licet expellere decreverunt. Itaque cum Antiphon in oratione de choreuta 16 scripserit

> Διωμόσαντο δὲ οὗτοι μὲν ἀποκτεῖναί με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον, ἐγὼ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι μήτε χειρὶ ἀράμενος μήτε βουλεύσας,

non tulerunt hoc participium *ἀράμενος* dativo *χειρὶ* ita appositum ut intelligatur *αὐτήν*; et initium quidem mutandi vir egregius fecit Dobraeus duplici proposita coniectura, aut *μήτε χεῖρα ἀράμενος* aut *μήτε χειρὶ ἐργασάμενος* oratorem dedisse suspicatus; quarum hanc alteram coniecturam identidem editores receperunt, confisi illi maxime sententia simili, quam Dobraeus monstraverat, Andocidis, qui in oratione de mysteriis 94 *καίτοι* inquit *οὗτος ὁ νόμος καὶ πρότερον ἦν .. καὶ νῦν ἔστι, καὶ χρῆσθε αὐτῷ, τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον.* Nam quod Maetznerus praeterea, ne cui *χεῖρα ἀράμενος* magis arrideat, usu activam verbi formam flagitari scribit, apud Aristotelem quidem in arte rhetorica 1, 13 p. 1374 *a* 35 *ἐὰν ἐπάρηται τὴν χεῖρα ἢ πατάξῃ* legitur nec desunt alia eius formae exempla. Nos neutri mutationi subscribimus sed ita censemus, non licere Antiphonti adimere quod dandum esse Platoni intelleximus; et Antiphontem apparet, cum haec verba iungi vellet *μὴ ἀποκτεῖναι χειρί*, quemadmodum de caede Herodis 92 scribit *ὅστις τε ἂν τῇ χειρὶ ἀποκτείνῃ ἀδίκως καὶ ὅστις τῇ ψήφῳ*, addito participio, alteri quod responderet, plane idem secutum esse quod Platonem in conformando Philebi enuntiato eo unde hanc materiam disserendi duximus.

Denique non praeteribimus Plutarchi verba quae in libro de Iside et Osiride c. 41, p. 367 *c* leguntur.

> Οἱ δὲ τοῖσδε τοῖς φυσικοῖς καὶ τῶν ἀπ' ἀστρολογίας μαθηματικῶν ἔνια μιγνύντες Τυφῶνα μὲν οἴονται τὸν ἡλιακὸν κόσμον, Ὄσιριν δὲ τὸν σεληνιακὸν λέγεσθαι· τὴν μὲν γὰρ σελήνην γόνιμον τὸ φῶς καὶ ὑγροποιὸν ἔχουσαν εὐμενῆ καὶ γοναῖς ζῴων καὶ φυτῶν εἶναι βλαστήσεσι, τὸν δ' ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα θάλπειν τε καὶ καταυαίνειν τὰ φυόμενα καὶ τεθηλότα καὶ τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς παντάπασιν ὑπὸ φλογμοῦ ποιεῖν ἀοίκητον καὶ κατακρατεῖν πολλαχοῦ καὶ τῆς σελήνης.

In quibus expediendis, cum fulcrum quoddam pendenti participio *κεκληρωκότα* quaereret, varie se torsit Wyttenbachius; nos quod Plutarchus non *ἄκρατον πῦρ κεκληρωκότα* sed *ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα (αὐτὸ) θάλπειν* scripsit, agnoscimus plane egregium eius sermonis quem explanamus exemplum. Verum aliter sensit Hauptius, qui etsi fatetur hunc participiorum usum non alienum esse a Graecorum sermone, tamen intelligi negat, cur Plutarchus minus simplici oratione sine ullo sententiae emolumento uti voluerit. Itaque eum concinne ut ante *τὴν σελήνην γόνιμον τὸ φῶς*

καὶ ὑγροποιὸν ἔχουσαν sic nunc *ἥλιον ἄκρατον πῦρ κεκληρωκότα θάλπειν* scripsisse affirmat. Potuisse ita scribi quis negat, et hoc quoque viro acuto concedendum est, si quid emendationis illa verba recipiant, meliorem non posse inveniri, Wyttenbachii autem commenta futilia esse et reiectanea. Sed concinnitate ne illa quidem oratio caret, cui ipsum aequabilitatis studium hanc formam induit, et quod hoc parum simplex esse dicendi genus ait, veremur ne nostrum morem magis quam Graecorum consuetudinem respexerit. Quid multa? Ratio vetat quae paria sunt dispari metiri modulo: quare nos quidem hunc dativum *πυρὶ* tam certi quam apud Antiphontem *χειρὶ* aut *σώματι* in Phaedone tutamur.

Ad Philebum unde exorsi sumus tandem redimus finemque disputandi faciemus in expendendis duobus eius dialogi locis quorum tam manifesta depravatio quam certa esse emendatio videtur. Nam p. 60 *e* non *λέγε* quod vulgatur neque vero quod est in Oxoniensi codice *λέγω* sed *λεγέτω* scripsisse Platonem ipsa quae tenet comprehensio paullo prolixior intentius persequentem edocet. Est autem haec:

> Εἰ δέ γε παρηνέχθημέν τι τότε, νῦν ὁστισοῦν ἐπαναλαβὼν ὀρθότερον εἰπάτω, μνήμην καὶ φρόνησιν καὶ ἐπιστήμην καὶ ἀληθῆ δόξαν τῆς αὐτῆς ἰδέας τιθέμενος καὶ σκοπῶν εἴ τις ἄνευ τούτων δέξαιτ' ἂν οἱ καὶ ὁτιοῦν εἶναι ἢ γίγνεσθαι, μὴ ὅτι δή γε ἡδονὴν εἴθ' ὡς πλείστην εἴθ' ὡς σφοδροτάτην, εἰ μήτε ἀληθῶς δοξάζοι χαίρειν μήτε τὸ παράπαν γιγνώσκοι τί ποτε πέπονθε πάθος μήτ' αὖ μνήμην τοῦ πάθους μηδ' ὁντινοῦν χρόνον ἔχοι· ταὐτὰ δὲ ΛΕΓΕΤΩ καὶ περὶ φρονήσεως εἴ τις ἄνευ πάσης ἡδονῆς καὶ τῆς βραχυτάτης δέξαιτ' ἂν φρόνησιν ἔχειν μᾶλλον ἢ μετά τινων ἡδονῶν ἢ πάσας ἡδονὰς χωρὶς φρονήσεως μᾶλλον ἢ μετὰ φρονήσεως αὖ τινός.

Et in gravissima de ridiculi natura disputatione (p. 49 *b*)

> Ταύτῃ τοίνυν δίελε καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν εἰσὶ μετ' ἀσθενείας τοιοῦτοι καὶ ἀδύνατοι καταγελώμενοι τιμωρεῖσθαι, γελοίους τούτους φάσκων εἶναι τἀληθῆ φθέγξει· τοὺς δὲ δυνατοὺς τιμωρεῖσθαι φοβεροὺς καὶ ἰσχυροὺς καὶ ἐχθροὺς προσαγορεύων ὀρθότατον τούτων σαυτῷ λόγον ἀποδώσεις. ἄγνοια γὰρ ἡ μὲν τῶν ἰσχυρῶν ἐχθρά τε καὶ αἰσχρά. βλαβερὰ γὰρ καὶ τοῖς πέλας αὐτή τε καὶ ὅσαι εἰκόνες αὐτῆς εἰσίν. ἡ δ' ἀσθενὴς ἡμῖν τὴν τῶν γελοίων εἴληχε τάξιν τε καὶ φύσιν,

haec quae vulgo leguntur vitium traxisse fidem facit memorabilis et rei parum consentanea series vocabulorum *φοβεροὺς καὶ ἰσχυροὺς καὶ ἐχθρούς*; neque id fugit interpretes, sed in corrigendo aberrarunt. Nam nec verba *καὶ ἐχθρούς*, omissa illa quidem in paucis libris deterioribus sed mero errore omissa, abiicere licet, ut quibus proxima sententia *ἄγνοια γὰρ ... ἐχθρά τε καὶ αἰσχρά* patrocinetur, neque *αἰσχρούς* pro *ἰσχυρούς* apte eo quidem loco reponetur, neque denique *καὶ* particula deleta *φοβεροὺς καὶ ἰσχυροὺς ἐχθρούς* efficies probabiliter cum Badhamo. Immo nulla littera aut dempta aut mutata sed inverso verborum ordine prodit verum, *τοὺς δὲ*

δυνατοὺς τιμωρεῖσθαι καὶ ἰσχυροὺς φοβεροὺς καὶ ἐχθροὺς προσαγορεύων. Haec enim a Platone profecta esse clamant ea quae praecedunt ὅσοι εἰσὶ μετ' ἀσθενείας τοιοῦτοι καὶ ἀδύνατοι τιμωρεῖσθαι et quae insequuntur ἄγνοια γὰρ ἡ τῶν ἰσχυρῶν αἰσχρά.

Sed iam desinemus paene inviti: multa enim restant in hoc dialogo quae aut interpretem requirunt aut emendandi curam. Hoc igitur agemus alias cum videbitur. Nunc veniendum est ad ea quorum haec causa praefamur. Vos enim, Commilitones carissimi, vocandi estis publica voce ad studia quorum vos vias ac rationes in suo quemque genere edocebunt hae quas indicimus scholae academicae, si quidem nostram docendi voluntatem vos vestra discendi alacritate aequare volueritis.

Scr. m. Octobri MDCCCLXXVIII.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

B. Weiss, Dr. Dec.

I. Publice de origine evangelii quod dicunt Ioannis disseret d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim 1) evangelium quod dicunt Ioannis interpretabitur quotidie (exc. d. Mart.) h. XI-XII; 2) epistolam ad Hebraeos datam interpretabitur quater p. hebd. d. Lun. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.

A. Dillmann, Dr.

I. Publice Isaiae libri capita XIII—XXVII interpretabitur d. Sat. h. IX-XI.
II. Privatim 1) historiam populi Israëlitici sub Vetere Testamento enarrabit quinquies p. hebd. h. IX-X; 2) Isaiae librum interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI.

I. A. Dorner, Dr.

I. Publice encyclopaediam theologicam tradet d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim ethicen christianam exponet quotidie (exc. d. Merc.) h. XII-I.
III. Privatissime et gratis societatem dogmaticam sueto more moderabitur d. Iov. h. VII-IX vesp.

H. G. P. Kleinert, Dr.

I. Publice locos Veteris Testamenti Messianos interpretabitur d. Merc. et Iov. h. X-XI.
II. Privatim theologiam practicam tradet quinquies p. hebd. h. VIII-IX.

O. Pfleiderer, Dr.

I. Publice historiam philosophiae religionis tractabit d. Iov. h. IX-XI.
II. Privatim 1) theologiam biblicam Novi Testamenti tradet quinquies p. hebd. d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XI-XII; 2) Pauli apostoli ad Romanos epistolam interpretabitur quinquies p. hebd. d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XII-I.

C. Semisch, Dr.

I. Publice Tertulliani apologeticum explicandum proponet d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem tertiam enarrabit sexies p. hebd. h. VIII-IX; 2) introductionem in Novi Testamenti libros exhibebit quinquies p. hebd. h. IX-X.

F. L. Steinmeyer, Dr.

I. Publice 1) institutiones homileticas ad praxin pertinentes porro praebebit d. Lun. h. V-VII; 2) topicen theologicam binis p. hebd. scholis delineabit.
II. Privatim homileticen atque catecheticen quater p. hebd. docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

B. Brueckner, Dr., Prof. honorarius.

Scholas postmodum indicabit.

H. de Goltz, Dr., Prof. honorarius.

Privatim dogmatices christianae partem posteriorem docebit quinquies p. hebd. h. VIII-IX.

2. *Professorum extraordinariorum.*

F. Benary, Dr.

I. Publice carmina libris Veteris Testamenti historicis inserta interpretabitur d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim Psalmos explicabit quinquies p. hebd. h. X-XI.

H. Messner, Dr.

I. Publice Pauli apostoli vitam et doctrinam exponet d. Sat. h. XI-I.
II. Privatim Pauli apostoli epistolas ad Corinthios datas interpretabitur quinquies p. hebd. h. XII-I.

F. Piper, Dr.

I. Publice epigraphicen antiquitatis christianae cum exercitationibus epigraphicis tractabit d. Mart. et Ven. h. XII-I.
II. Privatim historiae ecclesiasticae partem alteram tradet quinquies p. hebd. h. XI-XII.
III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas et patristicas in museo christiano moderari perget in iisque locos dogmaticos e monumentis illustrabit d. Lun. et Iov. h. XII-I.

H. Strack, Lic.

I. Publice Iudaeorum precationes selectas interpretabitur d. Sat. h. X-XI.
II. Privatim librum Danielis interpretabitur praemissa introductione in linguam Aramaicam biblicam d. Lun. et Ven. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis exercitationes ad interpretationem selectorum capitum Veteris Testamenti pertinentes instituet hor. vesp. def.

I. C. W. Vatke, Lic.

I. Publice introductionem ad theologiam philosophicam tradet d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim theologiam philosophicam universalem et religionis historiam docebit sexies p. hebd. h. XI-XII.

3. *Privatim docentium.*

S. Lommatzsch, Lic.

I. Gratis Schleiermacheri systema theologicum nec non philosophicum enodabit d. Sat. hor. defin.
II. Privatim historiam dogmatum christianorum universam quinquies p. hebd. tradet h. IX-X.
III. Privatissime et gratis exercitationes ad dogmaticen vel historiam dogmatum pertinentes instituet semel p. hebd. h. vesp. defin.

G. Nowack, Lic.

I. Gratis vaticinia Amos et Zachariae vaticiniorum partem priorem interpretabitur d. Sat. h. VIII-IX.
II. Privatim Genesin interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI.

C. H. Chr. Plath, Lic.

I. Gratis statisticam ecclesiasticam tradet d. Ven. h. V-VI.
II. Privatissime et gratis de vocatione gentium disseret d. Ven. h. VI-VII.

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. Brvnner, Dr. Dec.

I. Publice ius cambiale d. Sat. h. X-XI docebit.
II. Privatim 1) ius Germanicum privatum excepto iure commerciorum, cambiali et maritimo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XII; 2) ius commerciorum nec non maritimum d. Merc. Sat. h. XI-I tradet.

A. F. Berner, Dr.

Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. et Sat. h. XI-I; 2) ius criminale ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Strafrechts, 10. wesentlich verbesserte Auflage, 1879“ d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 3) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII docebit.

G. Beseler, Dr.

I. Privatim historiam imperii et iuris Germanici d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X tradet.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris Germanici in seminario iuridico d. Lun. h. V-VII instituet.

C. G. Bruns, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem novi codicis iudiciarii imperialis quinquies h. VIII-IX; 2) historiam iuris Romani quinquies h. X-XI; 3) institutiones et antiquitates iuris Romani quotidie h. IX-X tradet.

II. Privatissime et gratis in seminario iuridico exercitationes iuris Romani moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

H. Dernburg, Dr.

I. Publice ius patriae potestatis et tutelae exponet d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) pandectas quotidie h. X-XII; 2) ius hereditarium Romanum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I docebit; 3) exercitationes iuris civilis practicas d. Merc. h. IV-VI instituet.

H. R. H. F. Gneist, Dr.

I. Publice historiam corporis iuris civilis tradet d. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) ius criminale Germaniae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) processum criminalem d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 3) ius publicum territoriale tam Germanicum quam Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

L. Goldschmidt, Dr.

I. Publice de iure quod dicitur inter gentes privato et criminali d. Merc. h. VIII-IX disseret.

II. Privatim de obligationibus aget secundum ius Romanum et hodiernum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. G. Heffter, Dr.

Publice institutum consulatuum quo nationes hodie inter se utuntur explanabit d. Sat. h. XI-XII.

F. C. P. Hinschius, Dr.

I. Privatim 1) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 3) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici ratione habita iuris communis et Borussici d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.

II. Privatissime et gratis 1) exercitationes iuris ecclesiastici d. Ven. h. VI-VII; 2) exercitationes canonicas in seminario iuridico hor. defin. moderabitur.

L. K. Ægidi, Dr., Prof. honorarius.

I. Publice institutiones iuris publici d. Merc. et Sat. h. XI-XII tradet.

II. Privatim 1) ius Germanorum publicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) Germanorum saeculi XIX iuris publici historiam d. Merc. et Sat. h. IX-XI docebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

I. Baron, Dr.

I. Publice ius hereditarium Borussicum d. Sat. h. VIII-IX exponet.

II. Privatim 1) ius hereditarium Romanum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 3) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII docebit.

L. de Cuny, Dr.

I. Publice ius administrationis publicae Francogallicum ratione habita iuris Borussici d. Sat. h. X-XI tradet.

II. Privatim docebit ius civile Francogallicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

O. Dambach, Dr.

I. Publice constitutionem imperii Germanici interpretabitur d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius publicum Germanicum et Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

G. Lewis, Dr.

I. Publice exercitationes iuris commercialis instituet d. Iov. h. IV-V.

II. Privatim 1) ius Germanicum privatum excepto iure commerciorum et cambiali d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-I; 2) ius commerciorum, maritimum, cambiale d. Merc. et Sat. h. XI-I; 3) ius ecclesiasticum cum iure matrimoniali d. Mart. et Ven. h. IV-VI docebit.

E. T. Rubo, Dr.

I. Publice iuris criminalis exercitationes practicas moderabitur d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) ius criminale Germanicum, iure criminali Germanico militari incluso, d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) processum criminalem Germanicum d. Merc. h. IX-X, d. Sat. h. VIII-X docebit.

3. *Privatim docentium.*

C. Bernstein, Dr.

I. Gratis processus civilis Romani historiam exponet d. Merc. Sat. h. XII-I.

II. Privatim institutiones et antiquitates iuris Romani d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

R. Leonhard, Dr.

I. Gratis 1) de Ciceronis orationibus pro Roscio comoedo, pro Quinctio, pro Caecina, in Verrem, quoad ad ius civile pertinent, disseret d. Sat. h. XII-I; 2) causarum quae in usu forensi tractari solent exempla secundum iuris civilis regulas diiudicabit d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim historiam iuris Romani tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.
III. Privatissime repetitoria et examinatoria de quibusque iuris disciplinis hor. defin. habebit.

R. Ryck, Dr.

Privatim 1) institutiones iuris Romani d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI; 2) historiam et antiquitates iuris Romani d. Merc. h. V-VI, d. Sat. h. IV-VI docebit.

F. E. M. Schmidt, Dr.

I. Privatim 1) ordinem iudiciorum privatorum ex iure communi et Borussico nec non novi imperii Germanici lege d. Lun. et Iov. h. IV-VI tradet; 2) repetitorium pandectarum et antiquitatum iuris Romani dialogice d. Mart. Merc. Ven. h. IV-VI moderabitur.
II. Privatissime repetitoria et examinatoria cum ceterarum iuris partium tum iuris publici ac gentium et recentioris, iuris publici et gentium ratione habita, historiae, sive vernaculo sive Latino sive Francogallico usurus sermone, petentibus offert.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. A. Bardeleben, Dr. Dec.

I. Privatim 1) akiurgiam docebit d. Mart. Iov. h. VIII-IX; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur quotidie h. IX½-XI.
II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VII.

Æ. du Bois-Reymond, Dr.

I. Publice de materiae organicae mutandae condicionibus physicis adiunctis experimentis leget d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim primam physiologiae experimentalis partem docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.
III. Privatissime exercitationes physiologicas in laboratorio physiologico moderabitur.

F. Th. Frerichs, Dr.

Privatim 1) clinicen medicam in nosocomio Caritatis Regio quinquies p. hebd. h. XI-XII moderabitur; 2) pathologiam et therapiam specialem quinquies p. hebd. h. XII-I docebit.

A. Gusserow, Dr.

I. Publice de neonatorum morbis semel p. hebd. disseret hor. def.
II. Privatim 1) gynaecologiam docebit d. Merc. et Sat. h. V-VI; 2) de operationibus obstetriciis aget d. Lun. et Ven. h. IV-V; 3) clinicen obstetriciam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur d. Mart. Iov. Sat. h. IV-V.

A. Hirsch, Dr.

I. Publice de historia, geographia et aetiologia morborum popularium maxime memorabilium leget d. Lun. Iov. h. V-VI.
II. Privatim pathologiam et therapiam specialem d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V docebit.

B. de Langenbeck, Dr.

I. Privatim clinicen chirurgicam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.
II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Merc. Ven. Sat. h. VI-VIII mat.

E. Leyden, Dr.

I. Publice de morbis apparatus respirationis disseret bis p. hebd. d. Mart. et Ven. h. XII-I.
II. Privatim clinicen propaedeuticam moderabitur in nosocomio Caritatis Regio sexies p. hebd. h. VIII-IX½.

M. E. O. Liebreich, Dr.

I. Publice de urinae chemia adhibitis experimentis leget d. Lun. h. VI-VII.
II. Privatim materiam medicam et artem formulas scribendi cum experimentis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI.
III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. XI-V.

C. B. Reichert, Dr.

I. Publice de generatione disseret d. Merc. h. VIII-IX.
II. Privatim 1) historiam evolutionis corporis humani et animalium demonstrationibus adiunctis d. Sat. h. VIII-IX et h. XI-XII; 2) anatomiam comparatam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX docebit.
III. Privatissime 1) de corporis humani textura et structura microscopica leget dieb. et hor. def.; 2) exercitationes zootomicas et microscopicas in museo anatomico moderabitur quotidie h. X-I.

C. Schrœder, Dr.

I. Publice de morbis ovariorum disseret d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim 1) clinicen obstetriciam et gynaecologicam moderabitur sexies p. hebd. h. X-XI; 2) gynaecologiam docebit quater p. hebd. h. V-VI.

R. Leonhard, Dr.

I. Gratis 1) de Ciceronis orationibus pro Roscio comoedo, pro Quinctio, pro Caecina, in Verrem, quoad ad ius civile pertinent, disseret d. Sat. h. XII-I; 2) causarum quae in usu forensi tractari solent exempla secundum iuris civilis regulas diiudicabit d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim historiam iuris Romani tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.
III. Privatissime repetitoria et examinatoria de quibusque iuris disciplinis hor. defin. habebit.

R. Ryck, Dr.

Privatim 1) institutiones iuris Romani d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI; 2) historiam et antiquitates iuris Romani d. Merc. h. V-VI, d. Sat. h. IV-VI docebit.

F. E. M. Schmidt, Dr.

I. Privatim 1) ordinem iudiciorum privatorum ex iure communi et Borussico nec non novi imperii Germanici lege d. Lun. et Iov. h. IV-VI tradet; 2) repetitorium pandectarum et antiquitatum iuris Romani dialogice d. Mart. Merc. Ven. h. IV-VI moderabitur.
II. Privatissime repetitoria et examinatoria cum ceterarum iuris partium tum iuris publici ac gentium et recentioris, iuris publici et gentium ratione habita, historiae, sive vernaculo sive Latino sive Francogallico usurus sermone, petentibus offert.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. A. Bardeleben, Dr. Dec.

I. Privatim 1) akiurgiam docebit d. Mart. Iov. h. VIII-IX; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur quotidie h. IX½-XI.
II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VII.

Æ. du Bois-Reymond, Dr.

I. Publice de materiae organicae mutandae condicionibus physicis adiunctis experimentis leget d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim primam physiologiae experimentalis partem docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.
III. Privatissime exercitationes physiologicas in laboratorio physiologico moderabitur.

F. Th. Frerichs, Dr.

Privatim 1) clinicen medicam in nosocomio Caritatis Regio quinquies p. hebd. h. XI-XII moderabitur; 2) pathologiam et therapiam specialem quinquies p. hebd. h. XII-I docebit.

A. Gusserow, Dr.

I. Publice de neonatorum morbis semel p. hebd. disseret hor. def.
II. Privatim 1) gynaecologiam docebit d. Merc. et Sat. h. V-VI; 2) de operationibus obstetriciis aget d. Lun. et Ven. h. IV-V; 3) clinicen obstetriciam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur d. Mart. Iov. Sat. h. IV-V.

A. Hirsch, Dr.

I. Publice de historia, geographia et aetiologia morborum popularium maxime memorabilium leget d. Lun. Iov. h. V-VI.
II. Privatim pathologiam et therapiam specialem d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V docebit.

B. de Langenbeck, Dr.

I. Privatim clinicen chirurgicam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.
II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Merc. Ven. Sat. h. VI-VIII mat.

E. Leyden, Dr.

I. Publice de morbis apparatus respirationis disseret bis p. hebd. d. Mart. et Ven. h. XII-I.
II. Privatim clinicen propaedeuticam moderabitur in nosocomio Caritatis Regio sexies p. hebd. h. VIII-IX½.

M. E. O. Liebreich, Dr.

I. Publice de urinae chemia adhibitis experimentis leget d. Lun. h. VI-VII.
II. Privatim materiam medicam et artem formulas scribendi cum experimentis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI.
III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. XI-V.

C. B. Reichert, Dr.

I. Publice de generatione disseret d. Merc. h. VIII-IX.
II. Privatim 1) historiam evolutionis corporis humani et animalium demonstrationibus adiunctis d. Sat. h. VIII-IX et h. XI-XII; 2) anatomiam comparatam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX docebit.
III. Privatissime 1) de corporis humani textura et structura microscopica leget dieb. et hor. def.; 2) exercitationes zootomicas et microscopicas in museo anatomico moderabitur quotidie h. X-I.

C. Schrœder, Dr.

I. Publice de morbis ovariorum disseret d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim 1) clinicen obstetriciam et gynaecologicam moderabitur sexies p. hebd. h. X-XI; 2) gynaecologiam docebit quater p. hebd. h. V-VI.

C. Schweigger, Dr.
I. Publice de morbis refractionis, accommodationis et musculorum oculi leget d. Merc. et Sat. h. XII-I.
II. Privatim clinicen et policlinicen ophthalmiatricam, clinicen in nosocomio Caritatis Regio d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I, policlinicen Marien-Str. 23 sexies h. I-II moderabitur.

R. Virchow, Dr.
I. Publice de morbis cordis et vasorum disseret d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim anatomiam pathologicam specialem tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII.
III. Privatissime 1) cursum anatomes et microscopiae pathologicae nec non artis cadavera morbosa secandi d. Lun. Merc. Sat. h. VII-IX; 2) cursum histologiae pathologicae practicum d. Mart. Iov. Ven. h. VII-IX offert.

C. Westphal, Dr.
I. Publice de morbis medullae spinalis semel p. hebd. hor. def. leget.
II. Privatim clinicen morborum animi et systematis nervosi in nosocomio Caritatis Regio moderabitur quinquies p. hebd. dieb. et hor. def.

2. *Professorum extraordinariorum.*

E. Albrecht, Dr.
Privatim 1) morbos dentium et oris explicabit d. Lun. Iov. Sat. h. VI-VII; 2) policlinicen odontiatricam moderabitur quotidie h. II-III.

F. Bvsch, Dr.
Privatim tractabit capita selecta chirurgiae generalis et specialis d. Lun. Iov. Sat. h. XII-I.

H. Fasbender, Dr.
I. Publice 1) tocologiam comparatam d. Mart. Iov. h. VIII-IX tradet; 2) de morbis uteri d. Merc. Sat. h. VIII-IX disseret.
II. Privatim artem obstetriciam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.
III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus in machina instituendis d. Merc. Sat. h. X-XI offert.

O. Fræntzel, Dr.
I. Publice de morbis pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Merc. et Sat. h. I-II disseret.
II. Privatim auscultationis, percussionis ceterarumque explorandi methodorum artem exercitationibus adiunctis exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.
III. Privatissime laryngoscopiam cursu practico docebit d. Mart. et Ven. h. X-XI.

G. Fritsch, Dr.
I. Publice histologiam normalem tradet d. Mart. h. III-IV.
II. Privatim zoologiam medicinalem docebit demonstrationibus adiunctis d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VII-VIII.
III. Privatissime exercitationes histologicas instituet d. Merc. et Sat. h. III-V.

E. Gvrlt, Dr.
Privatim de arte fasciarum applicandarum adiunctis demonstrationibus et exercitationibus d. Lun. Mart. Merc. h. III-IV disseret.

R. Hartmann, Dr.
I. Publice de syndesmologia humana d. Ven. h. VIII-IX disseret.
II. Privatim 1) osteologiam humanam d. Mart. Merc. Sat. h. VIII-IX; 2) capita selecta anatomes chirurgico-topographicae d. Merc. h. V-VII tradet.

E. Henoch, Dr.
Privatim clinicen et policlinicen morborum infantium in nosocomio Caritatis Regio, clinicen d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII, policlinicen quotidie ab h. I moderabitur.

H. Iacobson, Dr.
I. Publice de morbis cordis et pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Merc. Sat. h. IV-V disseret.
II. Privatissime exercitationes pathologicas hor. def. moderabitur.

H. Kronecker, Dr.
I. Publice de motu musculari adiunctis experimentis d. Lun. h. II-III disseret.
II. Privatim methodos physiologiae experimentalis adiunctis exercitationibus in usu apparatuum medicorum d. Mart. et Ven. h. I-III tradet.
III. Privatissime quaestiones ad physiologiam experimentalem spectantes moderabitur in laboratorio physiologico.

G. Lewin, Dr.
I. Publice policlinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Mart. Ven. h. I-II moderabitur.
II. Privatim clinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Lun. Merc. Sat. h. XII-I moderabitur.

C. Liman, Dr.
Privatim 1) medicinam forensem studiosis iuris accommodatam adiunctis demonstrationibus docebit d. Lun. et Iov. h. I-II; 2) medicinam forensem in usum medicinae studiosorum docebit d. Mart. et Ven. h. XII½-I¼; 3) cursum demonstrativum obductionum medico-legalium in instituto Regio medico-forensi instituet h. I-III; 4) cursum practicum nec non exercitationes artis cadavera secandi ibidem quotidie reget h. I-III.

A. Lvcæ, Dr.
Privatim policlinicen otiatricam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur.

I. Meyer, Dr.
I. Publice de arte aegrotos examinandi adiectis colloquiis de selectis pathologiae et therapiae capitibus disseret d. Sat. h. I-II.
II. Privatim exercitationes clinicas in instituto universitatis policlinico d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II moderabitur.

H. Mvnk, Dr.

I. Publice colloquia moderabitur physiologica d. Mart. h. VI-VIII.

II. Privatim alteram physiologiae experimentalis partem (physiologiam circulationis, respirationis, digestionis, secretionis et caloris) tradet d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

E. Salkowski, Dr.

I. Publice chemiam urinae demonstrationibus adiunctis tradet d. Mart. Ven. h. X-XI.

II. Privatim de nutritione ac nutrimentis disseret d. Lun. Iov. h. X-XI.

III. Privatissime exercitationes in laboratorio chemico instituti pathologici moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. Senator, Dr.

I. Publice de morbis infantium disseret d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim semioticen et diagnosticen medicam tam physicalem quam chemicam iunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis docebit quotidie h. XI½-I½.

C. Skrzeczka, Dr.

Privatim hygienen publicam et politiam medicam d. Mart. h. VI-VII, d. Sat. h. V-VII docebit.

L. Waldenbvrg, Dr.

I. Publice de novis quibusdam methodis mechanicis ad respirationis et circulationis morbos dignoscendos et curandos pertinentibus, nominatim de pneumatometria, spirometria, sphygmographia, angiometria, therapia quae dicitur pneumatica d. Ven. h. VI-VII disseret.

II. Privatim 1) de percussione, auscultatione ceterisque explorandi methodis cursum practicum d. Lun. Iov. Sat. h. XII-I habebit; 2) laryngoscopiam cursu practico d. Merc. h. XII-I docebit.

3. *Privatim docentium.*

A. Adamkiewicz, Dr.

Gratis 1) de methodo electro-physiologica in aegrotis perscrutandis adhibenda aget d. Lun. et Iov. h. IV-V; 2) excretorum perscrutationem demonstrationibus explicabit d. Mart. et Ven. h. IV-V.

I. Bergson, Dr.

Itinere impeditus lectiones non habebit.

M. Bernhardt, Dr.

I. Gratis 1) cursum instituet electrodiagnostices et electrotherapiae cum demonstrationibus d. Ven. h. VI-VII; 2) de connexu morborum systematis nervosi cum ceteris morbis d. Mart. h. VI-VII disseret.

II. Privatim cursum electrodiagnostices et electrotherapiae cum demonstrationibus bis p. hebd. hor. def. offert.

M. Bvrchardt, Dr.

I. Gratis de hygiene d. Iov. h. V-VI aget.

II. Privatim de morbis cutis adiunctis demonstrationibus microscopicis d. Merc. et Ven. h. V-VI disseret.

A. Christiani, Dr.

I. Gratis physices medicae partem theoreticam docebit semel p. hebd. hor. defin.

II. Privatim de electricitate adiunctis experimentis in usum medicorum disseret semel p. hebd. hor. defin.

H. Cvrschmann, Dr.

I. Gratis 1) de microscopii usu ad cognoscendos et examinandos morbos internos demonstrationibus et exercitationibus adiunctis d. Sat. h. VI-VII; 2) de morbis pleurae iunctis demonstrationibus d. Iov. h. VI-VII disseret.

II. Privatim cursum diagnostices morborum internorum dieb. et hor. defin. habebit.

C. A. Ewald, Dr.

I. Gratis de physiologia et pathologia digestionis experimentis adiunctis disseret d. Mart. Ven. h. XII-I.

II. Privatissime pathologiam et therapiam specialem tradet quinquies p. hebd. hor. defin.

F. Falk, Dr.

Gratis 1) de encyclopaedia et methodologia medicinae disseret d. Lun. h. IX-X; 2) capita selecta hygienes publicae tractabit d. Mart. h. VI-VII.

C. Flvegge, Dr.

Privatim de hygienes methodis cursus practicos d. Mart. h. VI-VII, d. Sat. h. V-VII offert.

A. Frænkel, Dr.

I. Gratis 1) diagnosticen microscopicam cum demonstrationibus d. Merc. h. X-XI tractabit; 2) de morbis renum d. Iov. h. VI-VII disseret.

II. Privatissime cursum diagnostices chemicae et microscopicae bis p. hebd. hor. def. offert.

B. Frænkel, Dr.

I. Gratis 1) laryngoscopiam et rhinoscopiam adiunctis exercitationibus et demonstrationibus d. Iov. h. VI-VII docebit; 2) morbos laryngis, pharyngis, narium hor. def. tractabit.

II. Privatissime cursus practicos laryngoscopiae et rhinoscopiae d. Mart. Ven. h. VI-VII offert.

P. Gveterbock, Dr.

I. Gratis de morbis apparatus uropoëtici et generationis virilis cum demonstrationibus d. Ven. h. VI-VII disseret.

II. Privatissime repetitoria tam akiurgica quam chirurgica offert.

P. Gvttmann, Dr.

I. Gratis capita selecta pathologiae specialis adiunctis demonstrationibus semel p. hebd. hor. def. tradet.
II. Privatim percussionem, auscultationem aliasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus d. Lun. Merc. Ven. h. II½-III½ docebit.

A. Gvttstadt, Dr.

Gratis hygienen publicam et statisticam medicinalem cum excursionibus docebit hor. def.

I. Hirschberg, Dr.

I. Gratis de ophthalmoscopio iunctis demonstrationibus semel p. hebd. disseret.
II. Privatim ophthalmologiam iunctis demonstrationibus et exercitationibus d. Mart. Iov. Sat. h. XII-I docebit.

R. V. Krœnlein, Dr.

I. Gratis de herniis abdominalibus bis p. hebd. hor. def. disseret.
II. Privatim cursum fasciarum ligandarum bis p. hebd. hor. def. habebit.

E. Kvester, Dr.

I. Gratis de fracturis et luxationibus adiunctis demonstrationibus disseret bis p. hebd. d. Mart. et Iov. h. IV-V.
II. Privatim chirurgiam militarem ter p. hebd. d. Lun. Merc. Ven. h. IV-V docebit.

L. Landav, Dr.

I. Gratis gynaecologiae operativae capita selecta tractabit d. Sat. hor. def.
II. Privatim tocologiam quater p. hebd. hor. def. docebit.
III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus in machina instituendis ter p. hebd. hor. def. offert.

G. A. de Laver, Dr.

Hoc semestri lectiones non habebit.

M. Litten, Dr.

I. Gratis de morbis miasmaticis disseret d. Lun. h. V-VI.
II. Privatissime cursum practicum percussionis et auscultationis ceterarumque explorandi methodorum ter p. hebd. hor. def. habebit.

H. Lœhlein, Dr.

I. Gratis gynaecologiae capita selecta bis p. hebd. hor. def. tractabit.
II. Privatim artem obstetriciam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. def.
III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus ad machinam instituendis offert hor. def.

A. Martin, Dr.

I. Privatim artem obstetriciam tradet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. X-XI.
II. Privatissime exercitationes offert diagnoseos gynaecologicae d. Lun. et Iov. h. I-II.

L. Mayer, Dr.

I. Gratis partium genitalium muliebrium tumores tractabit d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim gynaecologiam demonstrationibus adiunctis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

E. Mendel, Dr.

I. Gratis 1) de imputabilitate cum demonstrationibus in usum tam medicinae quam iuris studiosorum d. Merc. h. VI-VII disseret; 2) anatomiam cerebri ad usum psychiatriae d. Sat. h. VI-VII exponet.
II. Privatim psychiatriam docebit et cursum psychiatriae cum demonstrationibus atque exercitationibus d. Lun. Iov. Ven. h. VI-VII instituet.

A. Mitscherlich, Dr.

Gratis de morbis chirurgicis organorum uropoëticorum et genitalium cum demonstrationibus d. Mart. Ven. h. V-VI disseret.

L. Perl, Dr.

I. Gratis balneologiam et balneotherapiam semel p. hebd. hor. def. docebit.
II. Privatim capita selecta pathologiae et therapiae specialis ter p. hebd. hor. def. tractabit.

E. Remak, Dr.

I. Gratis 1) cursum electrodiagnostices et electrotherapiae cum demonstrationibus d. Mart. h. VI-VII habebit; 2) de morbis medullae spinalis disseret semel p. hebd. hor. def.
II. Privatissime cursum electrotherapiae morborum systematis nervosi cum demonstrationibus et exercitationibus offert bis p. hebd. hor. def.

L. P. Riess, Dr.

Privatim 1) artem auscultationis et percussionis ceterarumque explorandi methodorum adiunctis exercitationibus bis p. hebd. h. V-VI docebit; 2) morbos tractus alimentarii adiunctis demonstrationibus bis p. hebd. h. V-VI tractabit.

G. Sander, Dr.

I. Gratis psychiatriam docebit demonstrationibus illustratam d. Lun. Iov. h. VI-VII.
II. Privatim cursum instituet practicum in dignoscendis atque in foro arbitrandis animi morbis quater p. hebd. hor. def.

R. Schelske, Dr.

Gratis 1) capita selecta ophthalmologiae cum demonstrationibus bis p. hebd. 2) therapiam morborum oculi semel p. hebd. tractabit.

I. Schiffer, Dr.

Gratis 1) capita selecta pathologiae et therapiae experimentalis bis p. hebd. hor. def. tradet; 2) de urinae secernendae pathologia iunctis demonstrationibus chemicis semel p. hebd. hor. def. disseret.

H. Schœler, Dr.

I. Gratis capita selecta ophthalmologiae cum demonstrationibus practicis tractabit bis p. hebd. hor. def.

II. Privatim cursum ophthalmoscopicum instituet bis p. hebd. hor. def.

III. Privatissime cursum operationum ophthalmiatricarum bis p. hebd. hor. def. offert.

E. Steinaver, Dr.

I. Gratis toxicologiae experimentalis partem alteram d. Ven. h. III-IV tradet.

II. Privatim materiam medicam experimentis adiunctis artemque formulas medicas rite concinnandi d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. III-IV docebit.

III. Privatissime repetitorium materiae medicae cum demonstrationibus artisque formulas medicas rite concinnandi iunctis exercitationibus bis p. hebd. hor. def. habebit.

A. Tobold, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam iunctis exercitationibus docebit d. Mart. h. VI-VII.

II. Privatissime cursus laryngoscopiae dieb. et hor. def. offert.

F. Travtmann, Dr.

Privatim cursum otiatrices offert d. Merc. h. IV-V.

I. Veit, Dr.

I. Gratis de morbis partis vaginalis bis p. hebd. hor. def. disseret.

II. Privatim 1) artem obstetriciam docebit quater p. hebd. h. VIII-IX; 2) cursum operationum obstetriciarum bis p. hebd. h. VIII-IX habebit.

F. E. Weber-Liel, Dr.

Privatim cursum otiatrices offert d. Merc. Sat. h. IV-V.

A. Wernich, Dr.

I. Gratis climatologiam et physiologicam et medicam tradet d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim de morbis miasmaticis disseret ter p. hebd. d. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

C. Wernicke, Dr.

Gratis 1) anatomiam cerebri, qua adhibita morbi eius cognoscantur, docebit semel p. hebd. hor. def.; 2) morbos cerebri tractabit ter p. hebd. hor. def.

I. Wolff, Dr.

I. Gratis diagnosticen chirurgicam cum exercitationibus tractabit d. Merc. h. I-II.

II. Privatim artem fasciarum ligandarum cum exercitationibus docebit d. Merc. et Sat. h. IV-V.

M. Wolff, Dr.

Gratis de morbis organorum uropoëticorum et genitalium adiunctis demonstrationibus disseret die et hor. def.

G. Zvelzer, Dr.

I. Gratis dermatologiam et morbos syphiliticos tractabit bis p. hebd. d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim exercitationes in laboratorio hygienico quinquies p. hebd. instituet.

IV. ORDINIS PHILOSOPHICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

W. Wattenbach, Dr. Dec.

I. Publice palaeographiam Graecam tradet d. Merc. h. II-IV.

II. Privatim palaeographiam Latinam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV.

H. E. Beyrich, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

E. Cvrtivs, Dr.

I. Publice exercitationes archaeologicas moderabitur d. Merc. h. I-II.

II. Privatim 1) archaeologiam artium Graecarum et Romanarum adhibitis musei Regii monumentis tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) mythologiam graecam musei Regii monumenta illustrans d. Merc. et Sat. h. IX-X docebit.

H. G. Dove, Dr.

Valetudine impeditus lectiones non habebit.

I. G. Droysen, Dr.

I. Publice exercitationes societatis historicae moderari perget d. Sat. h. VI-VIII.

II. Privatim 1) methodologiam et encyclopaediam historicam quaternis p. h. lectionibus d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. IV-V docebit; 2) historiam aevi recentioris inde a pace Westphalica usque ad Friderici Magni obitum quaternis p. h. lectionibus d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. V-VI enarrabit.

A. W. Eichler, Dr.

I. Publice familias plantarum selectas illustrabit d. Sat. h. XI½-I (in horto Regio botanico).

II. Privatim 1) botanicen specialem cum medico-pharmaceutica iunctam docebit d. Lun. Iov. h. IV-VI; 2) de morphologia plantarum phaenogamarum disseret d. Mart. Ven. h. IV-V.

G. Fœrster, Dr.

I. Publice de chronologia et horologia disseret additis demonstrationibus d. Ven. h. II-III.

II. Privatim astronomiam sphaericam et theoriam instrumentorum accitis exercitationibus astronomicis docebit d. Mart. et Iov. h. I-III et hor. vesp. postea defin.

H. Grimm, Dr.

Privatim de Michaëlis Angeli et Raphaëlis vitis et operibus disseret d. Lun. et Iov. h. I-III.

F. Harms, Dr.

I. Publice methodum studii academici docebit d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim 1) psychologiam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) historiam philosophiae universalem iisdem diebus h. XII-I tradet.

H. Helmholtz, Dr.

I. Privatim 1) physices experimentalis partem secundam, i. e. opticen, theoriam magnetismi et electricitatis, exponet d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XII-I; 2) theoriam acustices mathematicam d. Lun. Merc. Ven. h. I-II docebit.

II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio physico moderabitur quinquies h. X-III, d. Sat. h. X-I.

A. G. Hofmann, Dr.

Privatim 1) chemiam experimentalem organicam docebit d. Lun. h. IX-XI, d. Mart. Merc. h. X-XII; 2) exercitationes chemicas in laboratorio universitatis moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

Æ. Hvebner, Dr.

I. Privatim 1) grammaticae Latinae partem alteram (syntaxin) docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) historiam historiographiae Graecae tradet d. Lun. Mart. Iov. h. I-II.

II. Privatissime et gratis exercitationes societatis philologicae moderabitur d. Ven. h. VII-IX vesp.

V. Iagić, Dr.

I. Publice de prosodia in linguis Slavicis partem alteram tradet semel p. hebd. d. Sat. h. I-II.

II. Privatim 1) historiam linguae litterarumque Russicarum docebit quater p. hebd. d. Mart. Iov. Ven. Sat. h. II-III; 2) grammaticam unius ex linguis Slavicis quae nunc vigent quater p. hebd. d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. II-III.

III. Privatissime et gratis exercitationes Slavicas moderari perget.

H. Kiepert, Dr.

I. Publice chorographiam Asiae minoris praesertim antiquam exponet d. Mart. et Ven. h. VIII-IX.

II. Privatim geographiae Europaeae partem priorem tradet d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Kirchhoff, Dr.

I. Privatim 1) de dialectis linguae Graecae disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Aeschyli Eumenides interpretabitur eisdem dieb. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis exercitationes epigraphicas instituet d. Sat. h. VI-VIII.

III. In seminario philologico Iliadis librum primum interpretandum proponet.

G. Kirchhoff, Dr.

Privatim mechanicen corporum solidorum et fluidorum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

E. E. Kvmmer, Dr.

Privatim superficierum curvarum et linearum duplicis curvaturae doctrinam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

R. Lepsivs, Dr.

I. Publice 1) de vita et institutis Aegyptiorum disseret d. Iov. h. II-III; 2) monumenta Aegyptia explicabit d. Ven. h. I-II.

II. Privatissime grammaticam hieroglyphicam docebit d. Lun. Mart. h. II-III.

Th. Mommsen, Dr.

I. Privatim de rebus Romanorum aetate Diocletiana et deinceps disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad res Romanas spectantes moderari perget d. Mart. h. VI-VIII vesp.

C. Mvellenhoff, Dr.

I. Publice exercitationes societatis Theodiscae moderari perget d. Iov. h. V-VII.

II. Privatim docebit 1) grammaticam Theodiscam d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. V-VI; 2) artem metricam Theodiscam et carmina Waltheri von der Vogelweide interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. VI-VII.

C. W. Nitzsch, Dr.

I. Publice exercitationes historicas d. Sat. h. XI-I moderari perget.

II. Privatim res Germanicas inde a Stauforum aetate usque ad finem saec. xvi enarrabit quinquies p. hebd. h. XII-I.

W. Peters, Dr.

I. Privatim 1) zoologiam generalem et specialem iunctis demonstrationibus in museo Regio zoologico d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II; 2) entomologiam d. Lun. h. VIII-X; 3) anatomiam comparatam hor. def. docebit.

II. Privatissime exercitationes zoologico-zootomicas d. Mart. et Ven. h. VIII-X moderari perget.

C. Rammelsberg, Dr.

I. Publice geologiae fundamenta chemica exponet semel p. hebd.

II. Privatim chemiae anorganicae partem alteram tractabit d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

E. Sachav, Dr.

I. Publice 1) grammaticam linguae Neoarabicae tradet d. Lun. Mart. h. XII-I; 2) Haririi Makâmât interpretabitur d. Merc. Iov. h. XII-I; 3) libros Armeniacos historicos interpretabitur d. Merc. Ven. h. I-II.

II. Privatim 1) syntaxin linguae Arabicae secundum Almufassal tradet d. Iov. h. I-II et d. Ven. h. XII-I; 2) grammaticam linguae Palaeopersicae tradet et inscriptiones Palaeopersicas interpretabitur d. Lun. Mart. h. I-II.

W. Scherer, Dr.

I. Publice exercitationes philologicas ad res Germanicas spectantes instituet d. Ven. h. IX-X.

II. Privatim 1) historiam poësis Germanicae per saeculum decimum octavum enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) de verborum Theodiscorum formatione disseret d. Mart. Iov. h. IX-X.

I. Schmidt, Dr.

I. Publice linguae Graecae stirpium formationem explicabit d. Lun. et Iov. h. V-VI.

II. Privatim grammaticam linguae Sanscritae comparatam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

E. Schrader, Dr.

I. Publice historiam Assyriorum et Babyloniorum tradet d. Lun. et Iov. h. III-IV.

II. Privatim scripturam linguamque Assyriacam docebit et inscriptiones cuneatas in Museo Regio asservatas explicabit d. Mart. Merc. Ven. h. III-IV.

III. Privatissime et gratis grammaticam linguae Chaldaicae docebit necnon librorum Danielis et Ezrae partes sermone Aramaico confectas interpretabitur d. Mart. et Ven. h. IV-V.

S. Schwendener, Dr.

I. Privatim 1) selecta capita morphologiae et physiologiae tradet d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. V-VI; 2) exercitationes microscopicas instituet d. Merc. Sat. h. IX-XII.

II. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio botanico moderabitur.

A. Tobler, Dr.

I. Privatim 1) historiam litterarum Provincialium tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) grammaticam Italicam docebit d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis exercitationes seminarii Romanensis moderabitur Provinciales d. Merc. h. V-VII.

H. de Treitschke, Dr.

I. Publice de monarchiae constitutionalis origine et natura disseret d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

II. Privatim Borussorum historiam enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI.

I. Vahlen, Dr.

I. Privatim 1) de generibus ac metris poësis Romanae aget et Terentii Eunuchum interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) de Romanorum studiis grammaticis disseret ter d. Lun. Mart. Iov. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis exercitationes philologicas instituet semel d. Ven. h. XII-I.

III. In seminario philologico sodalibus Propertii elegias selectas enarrandas proponet disputationibusque praeerit horis consuetis.

A. Wagner, Dr.

I. Publice de re nummaria disseret d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim 1) oeconomiam nationalem, praemissa introductione litteraria, docebit quinis scholis d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) doctrinam administrationis internae tradet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime exercitationes oeconomico-politicas hor. postea defin. moderari perget.

A. Weber, Dr.

I. Publice Kâlidâsae Meghadûtam interpretabitur d. Lun. Iov. h. III-IV.

II. Privatim 1) Laghukaumudîm explicabit d. Mart. Merc. Ven. h. IV-V; 2) Ṛigvedam aut Atharvavedam interpretabitur d. Mart. Merc. Ven. h. V-VI; 3) grammaticam Zendicam tradet d. Lun. Iov. h. II-III.

III. Privatissime scholas Sanscritas, Pâlicas, Zendicas offert.

M. Websky, Dr.

I. Privatim calculum crystallographicum docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis exercitationes crystallographicas d. Sat. h. X-I moderabitur.

C. Weierstrass, Dr.

Privatim 1) calculum variationum docebit d. Lun. Ven. h. XI-I; 2) problemata selecta geometrica et mechanica functionum ellipticarum ope tractabit d. Mart. Iov. h. XI-I.

E. Zeller, Dr.

I. Publice de librorum authentia et rerum gestarum veritate diiudicanda disseret d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim 1) philosophiam iuris tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) logicam et theoriam cognitionis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

I. Zvpitza, Dr.

I. Privatim 1) grammaticae Anglicae partem alteram, quae est de flexionibus, docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Henrici IV Shakspereanae partem priorem interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis in seminario Anglico Guilelmi Petrum Aratorem commilitonibus explicandum proponet d. Merc. h. X-XII.

M. Lazarvs, Dr., Prof. honorarius.
Privatim psychologiam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

2. *Academiae scientiarum Regiae sodalium.*

G. Waitz, Dr.
Privatissime et gratis exercitationes historicas instituet d. Ven. h. VI-VIII

3. *Professorum extraordinariorum.*

C. H. Althavs, Dr.
I. Publice historiam philosophiae recentioris enarrabit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.
II. Privatim historiam philosophiae universalem exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

P. F. A. Ascherson, Dr.
I. Publice excursiones botanicas d. Dom. instituet.
II. Privatim familias plantarum secus exempla viva tractabit d. Lun. Merc. Sat. h. VIII-IX mat.

A. Bastian, Dr.
Itinere impeditus lectiones non habebit.

H. Bellermann, Dr.
I. Publice historiam musices aevi medii ab initio doctrinae Christianae usque ad Franconem de Colonia (saec. XIII) enarrabit d. Merc. Sat. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis in arte contrapuncti exercitationes instituet sequens librum suum „Der Contrapunct, 2. Aufl. Berlin 1877“ d. Merc. Sat. h. VIII-IX.

H. Berendt, Dr.
Itinere scientifico impeditus scholas non habebit.

H. Bresslav, Dr.
I. Publice chronologiam medii aevi tradet d. Merc. h. X-XI.
II. Privatim 1) de legibus et statu Germaniae inde ab aurea Bulla usque ad finem veteris imperii (1356—1806) aget d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) rem diplomaticam docebit praecipue diplomatum nostrorum regum et imperatorum ratione habita d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis exercitationes societatis suae historicae moderari perget hor. post. def.

H. Brvns, Dr.
I. Publice exercitationes circa calculum integralem instituet semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim 1) calculum integralem tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de aequationibus differentialibus disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

W. Dames, Dr.
I. Publice geognosiam Germaniae septentrionalis coniunctis excursionibus tradet d. Merc. h. I-II.
II. Privatim de petrefactis praecipuis formationum neptuniarum disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II.

F. Dieterici, Dr.
Publice 1) syntaxin linguae Arabicae docebit et capita selecta Corani interpretabitur bis p. hebd. d. Lun. et Iov. h. IV-V; 2) capita quaedam philosophica ex libro Maimonidis More Nebukim interpretabitur bis p. hebd. d. Mart. et Iov. h. IV-V.

A. Garcke, Dr.
I. Publice excursiones botanicas sueto more instituet.
II. Privatim plantas officinales demonstrabit d. Mart. Merc. h. VIII-X.

C. E. Geppert, Dr.
Valetudine impeditus lectiones non habebit.

F. Th. Haarbrvecker, Dr.
Publice 1) scriptorem aliquem Arabicum interpretabitur d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) exercitationes Syriacas moderabitur d. Merc. h. V-VI.

L. Kny, Dr.
I. Publice exercitationes microscopas instituet d. Mart. Ven. h. III-V.
II. Privatim plantarum physiologiam experimentis illustratam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.
III. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio phyto-physiologico (Dorotheen-Str. 95-96) moderabitur.

C. Koch, Dr.
I. Publice exercitationes in plantis determinandis per notas inter se respondentes (correspondirende Merkmale) instituet d. Mart. h. VI-VII vesp. in horto Regio botanico (Tepidario Palmarum).
II. Privatim 1) botanicen universalem et specialem quotidie h. VII-VIII mat. docebit coniunctis demonstrationibus plantarum in horto Regio botanico officinalium, oeconomicarum technicarumque d. Ven. h. VI-VII; 2) botanicen oeconomicam coniunctis plantarum demonstrationibus et pratorum aestimationibus (Bonitiren) d. Lun. et Iov. h. V-VII vesp.

C. Liebermann, Dr.
Privatim 1) chemiae organicae capita selecta tractabit ter p. hebd. d. Mart. h. IX-XI et Ven. h. XI-XII; 2) disquisitiones chemicas in laboratorio organico academiae Regiae technicae (Gewerbe-Akademie) regere perget quinquies h. VIII-V, d. Sat. h. VIII-I.

E. de Martens, Dr.

I. Publice 1) de animalibus tunicatis et bryozois disseret semel p. hebd. hor. def.; 2) excursiones zoologicas tempore idoneo instituet.

II. Privatim conchyliologiam generalem et specialem exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. VIII-IX.

A. Meitzen, Dr.

I. Publice demonstrationes practicas oeconomiae nationalis et statisticae instituet d. Iov. h. VII-IX vesp.

II. Privatim de statisticae artis historia, doctrina et adiumentis disseret d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. IV-V.

C. L. Michelet, Dr.

Privatissima de qualibet philosophiae disciplina offert.

F. H. Mveller, Dr.

I. Publice de ethnographia Europae disseret d. Merc. h. V-VII.

II. Privatim geographiam atque ethnographiam Asiae quater p. hebd. tradet h. XII-I.

F. G. A. Mvllach, Dr.

I. Publice Q. Horatii Flacci carmina latine interpretabitur d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim Aeschyli Agamemnonem explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. E. B. Orth, Dr.

I. Publice 1) de agris aestimandis aget d. Mart. h. X-XI; 2) excursiones tempore idoneo moderabitur.

II. Privatim 1) de humo et aqua hygienae publicae ratione habita disseret bis p. hebd. d. Lun. et Iov. h. X-XI; 2) agriculturam specialem (specielle Ackerbaulehre) tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime exercitationes d. Mart. Iov. h. II-IV instituet.

F. Pavlsen, Dr.

I. Publice historiam institutionis publicae apud Germanos inde a media aetate exeunte enarrabit d. Lun. Iov. h. XII-I.

II. Privatim historiam philosophiae recentioris explicabit ratione habita universae culturae huius aetatis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes philosophicas instituet Ethica B. de Spinozae ad explicandum proposita d. Merc. h. VIII-X.

A. Pinner, Dr.

I. Publice capita selecta pharmaciae leget semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim 1) chemiam anorganicam sexies p. hebd. hor. def.; 2) pharmaciam anorganicam quater p. hebd. hor. def.

F. Prætorivs, Dr.

I. Publice Hamasae carmina interpretabitur d. Mart. Ven. h. XI-XII.

II. Privatim linguae Arabicae syntaxin docebit d. Mart. Merc. Ven. h. X-XI.

C. Robert, Dr.

I. Publice antiquarii Regii monumenta selecta explicabit d. Merc. Sat. h. X-XI.

II. Privatim 1) historiam artis Graecae usque ad Alexandri M. tempora enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de heroum Graecorum fabulis disseret d. Merc. Sat. h. IX-X.

III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas moderabitur d. Merc. Sat. h. VIII-IX.

I. Roth, Dr.

I. Publice exercitationes petrographicas instituet d. Lun. h. XI-XII.

II. Privatim petrographiam docebit d. Merc. Ven. h. XI-XII, d. Sat. h. X-XI.

E. R. Schneider, Dr.

I. Publice de bismutho disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim methodos pondera atomica constituendi explicabit bis p. hebd. hor. def.

G. Schott, Dr.

I. Publice de monumentis ingenii populorum Fennicae stirpis (sensu latiore) aget bis p. hebd. d. Merc. Sat. h. IV-V.

II. Privatim linguam Sinicam docebit secundum grammaticam suam d. Lun. Mart. Merc. h. V-VI.

III. Privatissimas scholas offert Turcicas, Mongolicas, Fennicas.

E. Sell, Dr.

I. Publice historiam theoriae chemicae enarrabit d. Lun. h. IV-VI.

II. Privatim chemiam anorganicam experimentalem sexies docebit h. VIII-IX.

F. L. Sonnenschein, Dr.

I. Publice colloquia chemica habebit.

II. Privatim chemiam analyticam qualitativam et quantitativam docebit ter p. hebd. hor. def.

III. Privatissime disquisitiones chemicas moderari perget in laboratorio suo quotidie h. VIII-XII et II-VI.

Ph. Spitta, Dr.

I. Publice de Carolo Maria de Weber eaque qua erat aetate d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim de musicae instrumentalis ortu atque incremento d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. V-VI disseret.

H. Steinthal, Dr.

Privatim historiam linguae Graecae et Latinae adumbrabit ac praesertim linguarum Romanicarum naturam et indolem exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

F. TIETJEN, Dr.
I. Publice 1) de seriebus periodicis et earum usu disseret d. Merc. h. X-XI; 2) doctrinam et praxin methodice computandi docebit d. Mart. Ven. h. V-VII.
II. Privatim astronomiam theoreticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

A. WANGERIN, Dr.
I. Publice de superficiebus curvis in planitie depingendis disseret d. Merc. h. VIII-IX.
II. Privatim 1) geometriam analyticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) calculum differentialem atque introductionem in analysin tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.
III. Privatissime et gratis exercitationes ad calculum differentialem spectantes moderabitur d. Merc. h. IX-X.

C. WERDER, Dr.
Hoc semestri scholas non habebit.

H. WICHELHAVS, Dr.
Privatim exercitationes in laboratorio technologico universitatis instituet quotidie h. IX-V.

C. IESSEN, Dr. Prof. extraord. Gryphiswaldensis.
I. Publice excursiones botanicas instituet d. Sat. h. V, vel alio tempore.
II. Privatim 1) plantae alimentariae quem locum teneant in historia generis humani explicabit d. Merc. h. V-VII; 2) exercitationes botanicas de plantis indigenis praesertim medicis habebit d. Iov. Ven. h. V-VII.
III. Privatissime et gratis plantae quatenus sint pulchrae docebit d. Mart. h. V-VI.

4. *Privatim docentium.*

H. ARON, Dr.
Privatim electrodynamicen ter p. hebd. hor. def. tractabit.

A. ARZRVNI, Dr.
Gratis de natura et condicionibus salis disseret semel p. hebd. hor. def.

I. BARTH, Dr.
I. Gratis 1) libros Vet. Test. apocryphos Syriacos explicabit d. Iov. h. XI-XII; 2) grammaticam Samaritanam docebit et Pentateuchum Samaritanum (ed. Petermann) legendum proponet d. Iov. h. XII-I.
II. Privatim 1) grammaticam Arabicam docebit d. Mart. Ven. h. XII-I; 2) grammaticam Syriacam tradet necnon faciliores partes chrestomathiae Syriacae a Roedigero editae interpretabitur d. Mart. Ven. h. XI-XII.

E. BAVMANN, Dr.
I. Privatim chemiam physiologicam docebit d. Lun. Iov. h. VIII-IX.
II. Privatissime 1) cursum practicum chemiae physiologicae habebit sexies p. hebd. hor. def.; 2) exercitationes chemicas in laboratorio instituti physiologici moderabitur quotidie h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. DROYSEN, Dr.
I. Gratis historiam belli Punici secundi d. Merc. Sat. h. X-XI.
II. Privatim historiam Graecam d. Merc. Sat. h. VIII-X enarrabit.
III. Privatissime et gratis exercitationes de Thucydidis opere d. Iov. h. VI-VIII vesp. instituet.

L. GEIGER, Dr.
I. Gratis de historia litterarum Francogallicarum saec. XVI disseret d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim 1) historiam litterarum Germanicarum saeculi XVI et XVII tractabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. XI-XII; 2) historiam litterarum Italicarum inde a Dante usque ad finem saec. XVI enarrabit d. Lun. Mart. Iov. h. XII-I.

G. DE GIZYCKI, Dr.
Privatim 1) logicam et theoriam cognitionis tradet d. Lun. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) philosophiam moralem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

P. GLAN, Dr.
I. Gratis de methodis phaenomena electrica investigandi disseret d. Iov. h. V-VI.
II. Privatim exercitationes practicas ad usum instrumentorum in scholis adhibitorum spectantes instituet d. Mart. Sat. h. V-VIII.

I. P. HASSEL, Dr.
I. Privatim historiam annorum 1812—1815 hor. def. enarrabit.
II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderari perget.

R. HENNING, Dr.
I. Gratis de lingua Theodisca exercitationes moderabitur in quibus Hartmanni carmen quod inscribitur „Der arme Heinrich" interpretandum proponet d. Merc. h. VIII-X.
II. Privatim grammaticam dialectorum Norroenarum comparatam adiecta monumentorum quorundam interpretatione docebit d. Lun. Mart. Iov. h. IV-V.

R. HOPPE, Dr.
Privatim 1) calculum integralem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) mechanicen analyticam explicabit iisdem dieb. h. III-IV; 3) theoriam functionum ellipticarum tradet d. Lun. Iov. h. V-VII.

M. IORDAN, Dr.
Privatim historiam picturae et sculpturae apud Italos saec. XIV et XV enarrabit bis p. hebd. hor. def.

E. KAYSER, Dr.
Itinere geologico praepeditus lectiones non habebit.

A. Lasson, Dr.

I. Gratis de G. E. Lessingii vita et scriptis disseret d. Lun. Iov. h. V-VI.
II. Privatim logicam et metaphysicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

Th. Liebisch, Dr.

Privatim 1) elementa mineralogiae docebit d. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) exercitationes crystallographicas et mineralogicas instituet d. Merc. Sat. h. VIII-X.

C. A. Lossen, Dr.

Itinere geognostico impeditus hoc semestri lectiones non habebit.

F. A. Mærcker, Dr.

I. Gratis 1) philosophiam veterum naturalem tradet Aristotele duce d. Sat. h. XII-I; 2) rhetoricen docebit d. Merc. h. VI-VII; 3) exercitationes rhetoricas moderabitur d. Merc. h. VII-VIII.
II. Privatim Platonis libros de legibus interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

P. Magnvs, Dr.

Privatim historiam naturalem algarum docebit d. Merc. Sat. h. VIII-IX.

F. Neesen, Dr.

Privatim theoriam mechanicam caloris docebit ter p. hebd. hor. post. def.

H. Oldenberg, Dr.

I. Gratis selecta Mahâbhârati capita interpretabitur d. Merc. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim 1) grammaticam Sanscritam additis interpretandi exercitationibus tradet d. Mart. Merc. Ven. h. IV-V; 2) in sacros Buddhicorum libros legendos introducet praemissa adumbratione grammaticae Pâlicae d. Merc. Sat. h. X-XI.

A. W. F. Schvltz, Dr.

I. Gratis de climatis Italiae salubritate disseret d. Sat. h. V-VI.
II. Privatim 1) climatologiam medicam tradet d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) capita selecta politices explicabit d. Mart. Ven. h. VI-VII.

O. Seeck, Dr.

Privatim historiam rei publicae Romanae liberae enarrabit quinquies p. hebd. h. IX-X.

F. Tiemann, Dr.

I. Gratis 1) de analysi chemica qualitativa d. Mart. h. V-VI; 2) de analysi chemica quantitativa d. Ven. h. V-VI aget.
II. Privatim 1) chemiam metallorum experimentis illustratam docebit d. Merc. Sat. h. IX-X; 2) de progressibus scientiae chemicae recentioribus disseret bis p. hebd. hor. post def.

G. Treu, Dr.

Publico munere impeditus lectiones non habebit.

L. Wittmack, Dr.

I. Gratis de seminibus oeconomicis earumque adulterationibus disseret demonstrationibus microscopicis adiectis d. Lun. Sat. h. VIII-IX.
II. Privatim de morbis plantarum cultarum demonstrationibus microscopicis adiectis d. Merc. Sat. h. VI-VII (vel aliis hor. post. defin.) aget.

H. Zimmer, Dr.

I. Gratis mythologiam Vedicam tradet d. Merc. h. XI-XII.
II. Privatim grammaticam Hibernicam dialecti veteris atque mediae aetatis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI.
III. Privatissime et gratis textus Hibernicos interpretari perget hor. def.

SCHOLAE LECTORVM LINGVAS RECENTIORES ET STENOGRAPHIAM DOCENTIVM.

A. Gaspary, Dr. Lector.

I. Privatim historiam litterarum Italicarum tractabit d. Merc. Ven. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis in seminario Romanensi exercitationes Italicas moderabitur d. Sat. h. X-XII.

G. Michaelis, Dr. Lector stenographiae.

I. Gratis 1) stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) de orthographia Germanica disseret d. Lun. h. V-VI.
II. Privatissima offert stenographica Germanica, Anglica, Italica, Gallica, Hispanica, Lusitana.

A. S. Napier, B. A. Oxon., Lector.

I. Privatim exercitationes ad syntaxin Anglicam spectantes instituet duce libro qui inscribitur „Uebungsbeispiele zur Einübung der englischen Syntax, von Dr. Immanuel Schmidt“ d. Lun. Merc. h. IV-V.
II. Privatissime et gratis in seminario Anglico exercitationes Anglice scribendi et loquendi instituet d. Mart. h. III-V.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regis iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum plantarum physiologiae destinatum (Dorotheenstrasse Nr. 95/6), musea anatomicum, zootomi-

cum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, universitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad Vetus Testamentum interpretandum pertinent, moderabitur DILLMANN; eas, quae ad Novum Testamentum pertinent, WEISS; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum christianorum pertinentibus, praeerit SEMISCH; seminarii practici theologici exercitationes homileticas moderabitur KLEINERT, catecheticas PFLEIDERER.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt BESELER, BRVNS, HINSCHIVS.

Medicinae et chirurgiae studiosis exercitandis inservient theatrum anatomicum et laboratorium physiologicum, institutum pharmacologicum, institutum exercitationibus in medicina forensi destinatum, policlinica tria in nosocomio universitatis (Ziegelstrasse Nr. 6), alterum medicum, alterum chirurgicum, tertium otiatricum, policlinicum ophthalmiatricum (Marienstrasse Nr. 23), clinicum universitatis obstetricium (Dorotheenstrasse Nr. 5) cum policlinico obstetricio; item in nosocomio Caritatis clinica medica duo, chirurgicum, ophthalmiatricum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium, gynaecologicum, syphiliticis et infantibus curandis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercitationibus practicis destinatum: de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario philologico in enarrandis Propertii elegiis selectis sodales exercebit VAHLEN d. Merc. h. XI-I; disputationibus praeerit idem eod. d. h. X-XI; Iliadis librum primum A. KIRCHHOFF d. Sat. h. XI-I sodalibus interpretandum proponet.

Seminarii Romanensis et Anglici exercitationibus praeerunt TOBLER et ZVPITZA.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt KVMMER et WEIERSTRASS d. Merc. h. IV-VII.

Exercitationes societatis academicorum musicae moderabitur BELLERMANN d. Ven. h. VIII-X.

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit NEVMANN, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit FREISING, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit HILDEBRANDT, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.
